

bur. jtem .V. pund gingiber.----- jtem dimidium pund muscatblomer.
jtem .I. ciphus teriaci. jtem ciphus electuarii. de quo commedaret-----
crateras argenteas. ponderis III:or marcharum puri. jtem .XX. florenos. jtem
XVIII. skildæ aureos. jtem ----- [re]i testimonium. sigillum meum pre-
sentibus est appensum. Scriptum in bawohus. Anno. domini. M°.CCC° XL°.
----- inuencionem sancte crucis.

Sigillet jemte nedra venstra hörnet af brefvet är bortrifvet.

3485.

1340 d. 6 Maj.

Stockholm.

Konung MAGNUS uppdrager åt Göstaf Birgersson. Notholm Eggardsson m. fl. att, efter anställd ransakning, å Konungens vägnar afdöma den långvariga tvisten om skogen Åshorn i Trosa socken.

Orig. på perg. i Trosa landsförsamlings kyrka. *)

MAGNUS dei gracia rex suecie noruegie et scanie, Discretis viris. Gozstauo birgersson, notholmo Eggardsson, Rangualdo [de] glyu et Johanni de bornø. jn domino salutem. Causam seu controuersiam super silua communi dicta assorn. cum suis adiacencijs. in parochia troso, situata. iam diucius agitatam, discretioni vestre duximus committendam. vobis sub optentu graciae nostre firmiter precipiendo mandantes. quatinus ad siluam prefatam personaliter accedentes. et vocatis omnibus quos huiusmodi tangit negocium. ac alijs fidedignis de eodem plenam noticiam habentibus. super causa prefata. eiusque circumstancijs. cum diligenti examinatione et discussione inquiratis plenarie veritatem et eandem secundum deum et iusticiam, et prout coram nobis eciam respondere uolueritis, auctoritate nostra sentencialiter terminetis. Nos nimirum sentenciam quam rite tuleritis in premissis ratam habebimus et faciemus uolente domino inuiolabiliter obseruari. Datum stokholmis anno domini. M°.CCC°. quadragesimo. die beati Johannis ante portam latinam.

På frånsidan, med nyare hand: Regis Magni littera ad magnates de sylua Åshorn dicta.

Sigillet, som förmodligen varit fästadt på en ur brefvet klippt remsa, borta jemte remsan.

3486.

1340 d. 6 Maj.

KNUT JONSSON, LARS ULFSSON m. fl. Riddare och Riksens Råd afgifva till Romerska kyrkans Kardinaler en förklaring, att Konung Magnus till återbesättande af Linköpings genom Biskop Carls död lediga biskopsstol aldrig rekommenderat någon annan, än Årkedjeknen i Linköping Johannes och, efter

*) Originalt benäget till låns meddeladt af Kontrakts-Prosten och Kyrkoherden i Trosa J. P. HAGBERG.

dennes bortgång, hans bröder Kaniken Peter i Upsala, Konungens Kansler, samt att de rekommendationsbref, som Biskop Egisl i Westerås föregifvit sig hafva af Konungen fått till nämnda plats i Linköping, äro falska. (Jfr N:o 3491).

Vidim. afskr. i L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J, 6. f. 351. *)

Reuerendis in christo Patribus, dominis, domini providentis [ɔ: diuina prouidencia] sacrosancte ratione [ɔ: romane] Ecclesie eadem [ɔ: cardinalibus], CANUTUS JOHANNIS, LAURENCIUS VLEFFONIS, NICHOLAUS ABERNI GISLO ELENE, GØSTAUUS THUNONIS, CANUTUS FOLRESON, CAROLUS NESKONUNG[SON], VLPHO ABERNI, PETRUS JOHANNIS, VLPHO GUDHMARI CAROLUS TWCONIS et GØSTAUUS NICHOLAI, milites et consiliarii magnifici principis et domini domini Magni dei gracia Svecie Norvegie et Scanie Regis illustris, cum sui recommendatione deuota reuerenciam omnimodam et honorem. Non sine mentis sue magna turbacione, dudum in nostra presencia exquirendo ostendit dominus noster Rex prefatus quod Lincopensis[o—si] Ecclesia Regni sui Svecie predicti per mortem domini Caroli bone memorie iam pastoralis solacio destituta, Venerandus Pater dominus frater Egislus Episcopus Arosiensis pro sui ad eandem Lincopensem Ecclesiam translacione iterata iam vice ut pro certo didicerat sanctissimo in christo Patri ac domino nostro, domino Benedicto diuina prouidencia Pontifici, ac pluribus de sacro Collegio nostro [ɔ: vestro], litteras nomine suo licet absque sua sciencia non est veritus presentare asserendo publice et expresse, dictum dominum nostrum Regem sibi suum dedisse consserium [ɔ: consensum] pro huiusmodi ecclesia optinenda, Qua propter vestre Reuerencie notum facimus, et in veritate nostra constanter asserimus, tamquam huius rei certam noticiam habentes, quod dominus noster Rex predictus, nunquam eidem domino Arosiensi suum dedit consensum vel beneuolenciam in premissis, nec eciam alicui alteri [nisi] domino Johanni bone memorie, quondam archidyachoni [ɔ:—no] eiusdem Ecclesie Lincopensis et eo sublato de medio fratri eiusdem, Reuerendo nostro(!) domino Petro, Canonico vpsalensis [ɔ:—si], nec pro dicto domino Episcopo super prefata Ecclesia Lincopensi ad sacrosanctam sedem apostolicam, vel alibi litteras suas direxit seu et scribi fecit. vnde si que littere nomine domini nostri Regis predicti ad sedem apostolicam pro dicto domino arosiensi venerant surrepticie penitus fuit [ɔ: sunt] et false, nec vnquam de domini nostri emanaret [ɔ: emanarunt] sciencia beneplacito vel consensu. Paterinitatem et [ɔ: eciam] vestram scire desideramus, quod nobiles milites, dominus Nicholaus Aberni, et Anundus Finuidi, marschalcus domini nostri Regis, intimi domini episcopi predicti amici requisiti coram nobis, per dominum no-

*) Intaget jemte Konung Magnus's nedan anförda bref af den 22 Maj (N:o 3491) i en vidimation, utgifven af Biskop Styrbjörn i Strengnäs den 27 i samma månad (N:o 3492).

strum predictum recognouerit [o:—uerunt] expresse, in eorum veritate, quod consensum domini nostri in hac parte, licet magnis et plurimis instancijs erga eum laborassent, unquam [o:nunquam] habere potuerit, nec eum dare voluit, uel promittere litteris, aut al[io] quouis modo publice vel ecclesie [o:occulte] asserens, se prius in dominum Archidyaconum bone memorie et postmodum imediate in suum Cancellarium predictos firmiter concessisse. Reuerenciam igitur vestram omni qua possumus instancia deprecamur, ut excusationem dicti domini nostri Regis in premissis arosiens [o: veraciter?] acceptos [o: acceptantes] litteris aliquibus assercionem [o:—cioni] nostre premisse contrarius [o:—rius] cum sint surrepticie adulterine et omni carentes veritate, non velitis fidem aliquam adhibere, dignumque ducat vestra sinceritas, eidem domino nostro Regi, pro tam graui iniuria et vituperacio[ne], non solum sibi, verum toti Regno suo et nobis temere irrogatis, super iam dictis causis iusticie plenitudinem efficaciter ordinare, viuat et valeat vestra reuerenda Pater-nitas in domino feliciter Scriptum sub sigillis nostris, Anno domini M. CCC XL. die sancti Johannis ante portam latinam.

3487.

1340 d. 6 Maj.

BENGT ESKILSSON i Wika pantsätter sin gård i Skummeslöf för 30 mark nya Skånska penningar, som han är skyldig Skummeslöfs kyrka, af hvilken gård kyrkan årligen skall uppbära 2 mark dylika penningar, intill dess skulden blifver betald, utan att likväl denna årsafgift må afräknas från kapitalet.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. BENEDICTUS ESKILSSON in wika. Eternam in domino salutem. Tenore presencium notum facio uniuersis. quod recognosco me ecclesie scuthmanslef in triginta marchis denariorum nouorum scanensium veraciter esse obligatum. pro quibus denarijs ecclesie supradicte curiam meam in scutmanslef in qua residet olauus inpignero per presentes. Tali racione, quod ecclesia supradicta de eadem curia duas marchas denariorum nouorum scanensium annuatim leuabit. donec eadem pecunia integraliter fuerit persoluta, summa vero capitalis pecunie ad hoc minime computetur In cuius rei testimonium sigillum meum cum sigillo domini esberni plebani mei presentibus sunt appensa. Datum anno domini. M^o. CCC^o. quadragesimo. in die beati iohannis apostoli ante portam latinam.

Sigillet borta från den ur brevet klippta remsan.